



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Petri Canisii De Societate Iesv

Rader, Matthäus

Monachii, 1614

XII. Academia Dilingana co[n]ditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70957)

LIBER PRIMVS CAP. XII. 115
ACADEMIA DILINGANA CONDI-
TUR.

CAPVT XII.

OTho Cardinalis, idemq; Antistes
Augustanus gregis sui, in quem
circumquaq; rabies luporum hære-
ticorum immanissimè grassabatur,
vigilantissimus custos, vt haberet,
qui se pro ouilibus Christi oppone-
ret, anno Christi cio. io. xlix. con-
tubernium iuuenum, qui ad ordi-
nem Ecclesiasticum adspirabant,
Dilingæ instituit, quibus M. Petrum
Endauianum præfecit, doctoresq;ue
sacrarum literarum accersuit, qui
Cardinalis clientes ad bonas artes,
& sacram Theologiæ disciplinam in-
formarent. Fuit inter primos Petrus
de Soto ex Hispania ad Carolum V.
(cuius cōscientiam tractabat) profe-
ct⁹ è S. Dominici familia, vir ingenio

H 2 & li-

& literis clarus. Quod cum Sueuorum nobilitas aduerteret, gratulata sibi petiit ab Othone, vti suis quoq; liberis locum daret in domicilio alumnorum, quibus cum vnà possent literis erudiri. Quorum postulatis libens volens annuit Cardinalis, animumq; simul adiecit id Academiam excitandam, eaq; de re literas ad Pōtificem Maximum, & Carolum V. atque Ferdinandum dedit, qui omnes & Cardinalis præclara cœpta laudauerunt, & iura sua atq; prærogatiuas studiosis literarum concesserunt.

Anno CIO. JO. LI. Petr^o Sotus Collegam suum P. Iacobum, permittente magis, quàm iubente Cardinale, misit in Hispaniam ad delectum doctorum virorum è sua Sodalitate habendum, & Professores Dilingam adducendos, quod speraret ab Othone conditum iri S. Dominico Cœnobium, cuius ditioni subijceret Academiam; sed res tota parum feliciter

Soto

Soto successit. Ex tribus enim illis Patribus ex Hispania profectis, duo in itinere diem suum obiere. Genuæ alter, alter Oeniponte: tertius extremo anni mense Dilingam ingressus, ineunte sequentis, vita simul & Vrbe egressus cælum petijt. Impetratis Otho à summo Pontifice & Imperatore Academia condendæ iure & legibus, primum illico Rectorẽ illius ipso die sanctæ Trinitatis dixit Cornelium Harlemium Rosenthalum, quem ipse Otho ex Pontificis auctoritate Academicis honoribus ac titulis insigniuit. Año inde quinto supra cio. io. l. laurea primâ studiosi Philosophiæ ornati sunt, eodẽq; extremo Magisterij suprema. Proximè secuto Musæi Academici fundamentum Otho posuit. Excitatum inde domiciliũ & Academiam tenuere Doctores exteri vsq; ad annũ cio. io. lxxiii. Inter quos principes fuere Petrus, ut dixi, Sotus; Martinus Olaius Theologus

*Cornelius
Harlemius
primus
Dilingæ
Rector
Academia.*

*Professores
Dilingani
ante Soc.
adaeniũ.
Martinus
Olaium.*

*Martinus
Rithouius.*

*Guiliel-
mus Da-
masus.*

*Matthæus
Galenus.*

*Bartholo-
mæus
Kleindienst*

*Adrianus
Besenme-
rius.*

*Kilianus
Blancken-
stanius.*

logus Luterianus, Carolo V. Imperatori à Sacellis, qui Societati postea nomen dedit; Martinus Rithouius Louaniensis Episcopus demùm apud Iprentes; Guilielmus Damasus Lindanus ex eadem Academia Louaniensi Dilingam profectus, atque inde ad Sicambros, vt Ruremundæ Episcopum apud Geldros ageret; Matthæus Galenus Westcapellus è Seelandia, tandem supremus Duaci professor; I. Bartholomæus Kleindienst è S. Dominici Sodalitate; Cornelius Harlemius sacrarum literarum interpres. Magistri duo Adrianus Besenmerius Belga, & Kilianus Blanckenstanius. Sed cum amplissimus Cardinalis plura maioraq; animo concepisset, decreuit è Societate nostra Doctores euocare, quod vti mox exponam, ita factum est.